



**Acta sanctorum**

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae  
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies decimus et undecimus continentur

**Bolland, Johannes**

**Parisiis et Romæ, 1868**

De S. Sarmata Martyre In Thebaide Sylloge

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71246](#)

A ctini, ut putabant, costam unam *San-Dionysianis* in Francia monachis dedere, penes sese adhuc, reclamantibus licet Verodunensibus, exstare S. Sanctini corpus, credidisse? Verum id constanter persuasum sibi usque modo habuisse haud videntur. Anno enim 1622 os femoris veluti verum femoris S. Sanctini os, a Verodunensibus, quod alioquin haud facturi fuisse videntur, accepere, ut si dem facit, quam Duplessius inter documenta, Historie Meldensi probandæ subservientia, tomo huic secundo pag. 384 et seq. recitat, Dominicæ Sequieri, Meldensis episcopi Charta.

in hierothecas  
nove plus se-  
mel fuit trans-  
positum.

66 Hac ille die xxx Octobris anno 1658 a sese translatas capsæque ex argento inauaratae, quam ecclesiae suæ Meldensi dederat, inclusas fuisse plures Sanctorum, quos nominat, sacras reliquias, attestans, primo loco hisce accenset femoris S. Sanctini os, a Verodunensibus, ut addit, monasterii S. Vitoni religiosis ecclesiae nostræ, prout ex dictorum religiosorum testimonio, anno 1622 die xxi Iuli dato, liquet, concessum. Porro S. Sanctini corpus, cuius partem et a Verodunen-

E

B sibus ecclesiae Meldensi fuisse concessam et hodieque abs hac per honorifice asservari, ne-  
mo non e jam nunc dictis etiam colligit, ipso anno 1044, quo vero similius ut supra docui,  
Meldis Verodunum ad S. Vitoni abbatiam fuerat delatum, a Richardo, nominis hujus primo Verodunensium episcopo, feretro pri-  
mum seu capsæ argenteæ inclusum, anno  
deinde 1132 ex hac in capsam novam ab Adal-  
berone Verodunensi episcopo, qui illam, pri-  
ori pretiosiorem, fieri jusserat, Dominicæ  
Ascensionis festo fuit illatum ac tandem anno  
1477 in capsam majorem vermiculatam gem-  
misque ornalam, cui inclusum in dicta S. Vi-  
toni abbatia hodieque servatur, a Matthæo de  
Dame-Marie, abbatia ejusdem, qui illam hu-  
jus sumptibus fabricari tunc curarat, abbate  
transpositum; quæ omnia partim in suis  
Galliae Belgicæ Antiquitatibus fol. 234 verso  
Wasseburgius, partim, qui hunc seculi upplu-  
rimum hic sunt, Calmetus et Duplessius,  
prior quidem in sua jam supra saepius lau-  
data de primis Verodunensibus episcopis  
Dissertatione col. 68, posterior vero Hist.  
Meld. tom. 1, pag. 5 nos docent.

## DE S. SARMATA MARTYRE

IN THEBAIDE

### SYLLOGE

ANNO CCCLVII.  
Quoniam sit, in  
qua S. Sarma-  
ta hodie an-  
nuntiatur,  
Thebae :

**A**egypti seu soli, quod Nilus ab Austro in Septentrionem permeat annuaque exundatione fecundat, notitiam amplam suppeditat Operis nostri tom. 2 Januarii in Commentario, Actis S. Antonii in Thebaide abbatis prævio Bollandus, regionemque, in Africa sitam, qua locis Syene Vicinis ad mare usque Mediterraneanum protenditur, tres in partes, videlicet in Aegyptum inferiorem, medium et superiorem seu Thebaide distingui, num. 2 prefatus, Aegypti medie, C que et ob septem, Græce Επτά, quas complec-  
batur, præfecturas, Græce Νεών, Επτανηῶν, Latine Heptanomia seu Heptanomia, a Ptolemaeo vocatur, portionem seu partem ab Athanasio, Palladii aliisque sec. iv scriptoribus ac nominatim, qui ad dictam Heptanomiam spectant, Memphiten, Arsinoiten et Aphroditen præfecturas seu potius (a Latinis enim vocabulum Νεών, significatione etiam usurpat) Nomos ab Hieronymo et Ruffino Aegypti inferiori, quæ et magnus Delta et Augustanica indigetatur, includi reliquaque ejusdem Heptanomia loca Thebaidi, que in Vita S. Pauli Eremitæ inferior dicitur, an numerari, citatis, qui eo spectant, eorumdem Athanasi, Palladii, Hieronymi et Ruffini locis, num. 4 docet. Porro modo dicta, cui a scriptoribus hisce, quæ Bollandus ait, attri-  
buuntur Heptanomia loca, Thebaïs inferior, non autem, quam Syene et Tabennensium loca claudunt, superior, ea ipsa est Thebaïs, in qua ad hanc diem a Martyrologio Romano hodierno Sanctus, de quo hic sumus acturi,

Octobris Tomus V.

annuntiatur his verbis : In Thebaide S. Sar-  
mata, discipuli beati Antonii abbatis, qui a  
Saracenis pro Christo necatus est.

2 Is enim S. Antonii discipulus in monte et  
monasterio, a Sancto hoc dictis, rixit et a  
Saracenis, uti mox sumus visuri, fuit occi-  
sus; ultrunque autem hunc locum, spectata,  
quæ e dictis S. Athanasii aliorumque mox  
memoratorum scriptorum ævo obtinuit, Aegypti divisione, in Thebaide inferiori seu  
Heptanomia, quam hæc complectebatur, par-  
te situm fuisse, si non prorsus certum, vero  
salem est simillimum, uti ejam nunc dicendis  
intellige. Montes duos, S. Antonii nomine  
distinctos, quorum alter, exterior dictus, Nilo  
adjacebat, alter, interior vocatus, triginta cir-  
citer abs hoc milliaribus aferat, ex Athanasio in S. Antonii Vita Bollandus in suo in  
hanc Comment. supra laudato § 2 statuit. Po-  
sterior, qui a Strabonis, Ptolomæi et Stephanii monte Troico haud distinguendus, amicum  
erat, in quo sedens divinis visionibus illustra-  
tus fuit Antonius, virtutis habitaculum, seu,  
ut ab Athanasio in sancti hujus Vita nuncu-  
patur, interius archisterium, prior vero, qui  
Pispir, Pispir seu Pispiri appellabatur, nec,  
uti et Bollandi in Comment. mox iterum lau-  
dato num. 9 dictis apparet, a pago Troia An-  
gyrorumque civitate multum erat remotus,  
principue hic memorandum S. Antonii, in  
quo hujus discipuli commorabantur et ad quod  
ipse et monte interiori subinde tendebat, mo-  
nasterium complectebatur; jam vero, cum  
Athanasiæ ævo, spectata, quam hic aliquæ  
scriptores supra laudati sunt secuti, Aegypti

simum vero si-  
militer in hac  
fuit monaste-  
rium, S. An-  
tonii dictum.

78 divisione,

AUCTORE  
C. B.

divisione, soli tres, ut loco supra cit. Bollandus docet, Memphis, Arsinoites et Aphroditae Heptanomiae nomi, reliquis hujus locis Thebaidi Inferiori annumeratis, inclusi Aegypto Inferiori fuerint, nec in illo e tribus illis nomis et tamen in Heptanomia, ubi et in antiqua Egypti Tabula ab Ortelio locatur, situs fuerit una cum Angyrorum civitate pagus Troia, tum haud dubie, spectata eadem Egypti divisione, duo isthaec postrema loca Thebaidi Inferiori fuerint inclusa, idemque de S. Antonii, in quo hujus discipli morabantur, monasterio, utpote ab hisce, ut dictum, haud multum remoto, verosimillime est dicendum.

3 Bollandus certe, utpote Sarmatam, quem in dicto monasterio et viciisse et occisum fuisse admittit, S. Antonii in Thebaide Inferiori disciplulis in dicto suo de hoc Comment. § v accensens, fuisse in hac illud situm, existimat. Verum sive ibidem, sive in Egypto Inferiori, ut nonnemo, quod idem Bollandus erenum primam, in quam Antonius sese recipit, intru Memphis, Babylonem et Aphro-

B dilon urbes in eodem Comm. num. 6 et 7 collocet, fortassis contendet, positum fuerit, de quo hic nobis sermo, monasterium, in hoc equidem, quod et Pispri vocabatur et Nilo adiacebat, S. Sarmata, ut jam asservi, et vici et a Sarracenis fuit occisus, uti e jam nunc dicendis patescet. Hieronymus in Chronico, prout id Lugduni Batavorum Josephi Scaligeri opera anno 1606 vulgatum exstal, primo ad annum Abrahami 237<sup>2</sup>, narrata S. Antonii morte, sic scribit: Sarmata, Amathas et Macarius discipli Antonii insignes habentur; ac deinde ad annum proxime sequentem seu Abrahami 2373 subjungit: Saraceni, in monasterium beati Antonii irruentes, Sarmatam interfecerunt. Bollandus, qui duos hosce Hieronymi textus in Commentario, S. Antonii Actis praevio, § v, ubi de S. Antonii in Thebaide Inferiori disciplulis tractat, pariter transcribit, ita deinde post pauca prosequitur: Cronius apud Palladium cap. 25 infra in Apophth. num. 44 referit, in monasterio S. Antonii, quod est prope fluvium, sedisse ejus discipulos Macarium et Amatham in eo, qui Pisper appellatur, loco, et cap. 26 in Apophth. Macarius

C oeconomicus isthic fuisse videtur sive curator præbendæ hospitibus annonæ; quem S. Antonius de adventu eorum morumque conditione percunctari solebat, essente Aegyptii, an Hierosolymitani; ut isthic de Eulogio, qui cymba Alexandria elephanticum seu mutilatum hominem adixerat, factum observavit Cronius, quod ante annum Christi 340 necessario contigit. Ab eo enim anno Amathas et Macarius evocati fuerunt ad montem interiorem, relicto forte Sarmata, monasterii moderatori.

4 Ita ille; et sane cum inter S. Antonii discipulos, quos post hujus obitum insignes habitos fuisse seu nominis sui fama inclaruisse, Hieronymus priori e duobus jam datis textibus affirmat, Sarmata a sancto hoc scriptore primus recenseatur, fuisse eum jam inde saltem ab anno 340 in S. Antonii, quod Pisper vocabatur, monasterio una cum Macario et Amatha, quos ibidem versatos jam tum fuisse, Bollandus verbis mox recitat docet, commoratum, imo et eidem præfectum, vero apparel haud prorsus absimile. Ut sit, cum plures S. Antonii discipuli, uti in hujus Vita, apud nos tom. Januarii supra cit. edita,

sudenti, et vi-  
tam aliquan-  
diu exegit, et  
anno

Athanasius loco non uno indicat, in monasterio illo fuerint morati, enimvero, quin Sarmata, qui et ipse, quemadmodum Hieronymus dilucide modo hue transcriptis verbis testatur. S. Antonii discipulus exstitit, et in dicto monasterio a Sarracenis fuit occisus, in eodem etiam, etsi interim id moderatus forsitan numquam fuerit, aliquandiu ritam exegerit, dubitandum haud videtur. Nihil quidem, quo annorum, quibus ibidem fuerit versatus, spatium determinari vel ultimum pro certo queat, occurrit; verum de anno, quo Sanctus noster fuerit occisus, paulo aliter sentias. Hunc enim, si non indubie, verosimillime saltem in æra Christianæ annum 357 incidisse, suadere videntur, quæjam nunc subjungo. S. Antonii abbatis, cuius et dictis discipulus S. Sarmata exstitit, obitus ab anno 356, cui a Bollando in iam saepius laudato in celebrissimi abbatis illius Vilam Commentario innectitur, nullatenus, ut Pagius in Criticis ad annum 358, num. 2 contendit, removerit, veritate salva, potest, nec est, cur hanc ejus opinionem, quam secuti etiam passim alii eruditii sunt, haud amplectamus.

5 Quare, cum Hieronymus in Chronico ad annum, qui emortuale a se esse assignatum S. Antonii annum proxime exceptit, Sarracenos in Sancti hujus monasterium irrupisse hacque occasione S. Sarmatam interfecisse, verbis, num. proxime pregresso recitatis, scribat, consectarium fit, ut eventus isthic seu S. Sarmata cedes anno 357 debeat innecti. Hanc quidem Hieronymus in Chronico, prout id a Scaligero est editum, ad annum 358 discrete refert; verum ibidem ad eundem hunc annum non minus discrete signal: Magne Alamanorum copiae apud Argentoratum oppidum Galliarum a casare Juliano oppresse. Cum autem, que hic memoratur, de Alemannis victoria a Juliano, haudquaquam, uti in dicto, quod Scaliger edidit, Chronico notatur, anno 358, sed, quemadmodum Valesius Rerum Francicarum lib. 1, pag. 37 et Lagalleus Hist. Alsatica part. 1, pag. 25 recte docent, anno 357 fuerit relata, Chronicon illud, quod præterea S. Antonii obitum, certe eam dictis anno 356 innectendum, in annum 357 perpetram differt, indubie hic corrigendum. Quare, cum certe, quo id fiat, necesse sit, ut anno quidem 357, cui S. Antonii obitum haud recte innecit, annus 356, anno vero 358, cui Juliani de Alemannis victoriæ illigat, annus 357 substitutur, ratione quam maxime congruit, ut et postremo hoc anno S. Sarmata cedes, quam perperam ad eundem, cui Juliani de Alemannis victoriæ innecit, annum referre, probari equidem non potest, patrata a Sarracenis fuisse credatur. Verum quinam illi, a quibus necem pro Christo, quemadmodum Mrl. Romani supra huc transcripta annuntiatio fert, fuisse Sarmata illatam, credibile sit, Sarraceni, in Hieronymi Chronico memoriati, sunt?

6 Januarii die quarta decima primo quidem SS. Sabbam, Esaiam et alios triginta sex monachos, in Sina monte Arabice sub. sec. iv initium a Sarracenis interfectos, deinde vero Theodulum presbyterum aliosque plures illidem monachos, juxta eundem montem altero post seculo a Sarracenis pariter trucidatos, in Opus nostrum jam intulimus, addita etiam certaminis, quod posteriores hi subierunt, Historia, a

quorum hic  
datur notitia;

AUCTOR  
G. B.

A a S. Nilo monacho, qui id ipse met oculis suis spectavit, descripta, in qua hic opportune ad institutum nostrorum de barbarorum, qui Sanctos illos occiderunt, gente, nec alii, uti e subjectis, quibus describuntur, Nili verbis Bollandique in hæc annotatis liquet, quam Saraceni fuerunt, sequentem num. 14 loquitur in modum: Gens quidem, que dicta est, habitat solitudinem, que ab Arabia usque ad Ægyptum rubro mari et Jordane hinc inde terminis distendit; quæ non artem, non mercaturam, non agriculturam umquam exercet, sed solum habet gladium, quo sibi victimum suppeditet. Aut enim feras venantes solitudinis, vivunt vescentes carnibus; aut prædas agentes de iis, qui incident in eas vias, quas insident, quæ sunt ad usum necessaria, sibi quomodocumque comparant. Quando autem eis utraque defuerint et rerum necessiarum laborarint inopia, tunc iumentis (sunt autem ea camelus dromades) pro cibo utuntur, belluina et sanguinaria vitam omnino eligentes. Per cognationes enim aut per contubernia ipsi unum occidentes et modico ignis calore carnium molientes duritum, ut solum cedant eorum dentibus, ita (ut semel dicam) aluntr instar canum. Deum non cognoscentes, nec qui intelligentia apprehenduntur, nec qui fuerit fabricatus manibus; astrum autem adorantes matutinum et orienti ei sacrificantes ea, quæ meliora judicant ex spolis, quando ex incursione, quæ fit pro prædis agendis, ad eos pervenerit aliquid aptum ad occisionem.

*C* fuit occisus; etiæ autem id illi ex odio in fidem fecisse haud videantur,

Tales erant barbari seu e jam dictis, a quibus, quos memorat, Santos monachos fuisse juxta Sinam montem in Arabia trucidatos, S. Nili tradit, Sarraceni, cumque hi non tantum in Arabia, sed et Judæam inter et mare Rubrum versus Ægyptum, uti e Bollandi in modo recitata Nili verba Annotatis nemo non colliget, habitarint, facile certe non modo in terras, Sinæ monti vicinas, ubi monachos, a S. Nilo memoratos, seculo v. aliasque, ut supra indicavi, sub sec. IV initium necarunt, sed et in Ægyptum hinc in vicinam Thebaïda Inferiorem potuerunt irrumere; cum autem sic habeat, fuerint haud dubie illi ipsi Sarraceni, qui ad mare Rubrum versus Ægyptum habitantes, irruptione in hanc seu Thebaïda Inferiorem ac in S. Antonii monasterium anno e dictis 357 per terræ tractum, qui mare Rubrum inter et Mediterraneum intercipitur, facta, S. Sarmatam, ut Hieronymus loco supra cit. testatur, necarunt. Verum, cum Sarraceni illi, ut e jam recitatis Nili verbis concludendum appareat, in regiones sibi vicinas pro prædis dumtaxat agendis aero proin et nullo vel in Christum vel in fidem ejus odio irrumpere soluerint, ut quid, S. Sarmatam, quem fuisse a Sarracenis occisum, Hieronymus, etiam, nulla plane odii, quo id illi vel in Christum vel in ejus fidem abrepti fecerint, mentione facta, dumtaxat scribit, pro Christo nihilominus necatum a Sarracenis fuisse, diserte nota supra hoc transcripta Martyrologiū Romani hodierni annuntiatio? Utquid etiam, qui idem Martyrologium con-

cinnarunt, in id veluti martyrem S. Sarmatam, quem præterea nec Uuardus nec Ado, nec alii ulli, sive antiqui sive recentiores hagiologi in Fastis sacris a se contextis celebrant, intulere?

8 In Vitis Patrum nulla uspiam Sarmata mentione occurrit, hincque potissimum factum suspicor, ut ei martyrologi antiqui, quos deinde recentiores fuerint secuti, in Fastis sacris a se contextis locum haud dederint; verum Sidonius Apollinaris, sanctissimus juxta ac doctissimus episcopus, in carmine Eucharistico, quod ad S. Faustum, Reiensem in Gallia sec. V episcopum, dum is adhuc viveret, misit, inter sanctos anachoretas, ob quorum imitationem Faustum impense laudat, S. Sarmatam una cum S. Antonio, Paphnutio pluribusque aliis in tabulas sacras tum antiquas, tum recentiores relatim, recenset; cum autem sic habeat, haudquaquam, quin Sarmatam non minus, quam alios, quos cum hoc ibidem memorat, pro Sancto habuerit Sidonius, dubitandum appareat, cumque id pariter Hieronymus, E qui de duobus S. Antonii discipulis Amatha seu Ammone et Macario, Sanctitate sane quam maxime illustribus, loco supra cit. loquens, Sarmatam hisce præponit, fecisse videatur, est sane, cur is S. Antonii discipulus, utul nullis prorsus Fastis sacris antiquis seu, uti etiam vocantur, classicis insertus, in Martyrologium Romanum hodiernum merito illatus existimetur. Nec est, quod illum equidem haud fuisse in hoc veluti martyrem memorandum, reponas.

9 Etsi enim, ut appareat, martyrio in fidei in Mrl. Roma Christie odium haud fuerit affectus, fuit tam contra jus fasque, dum sancte in eremo riveret, a barbarica Sarracenorum gente occisus, nec pauci olim, qui, quamvis quidem non fide, injuste tamen, dum pie viverent, fuerant necati, Martyribus minus stricte loquendo fuerunt annumerati. Sic monachi, supra a nobis memorati, tam qui sub sec. IV initium, quam altero seculo post vel in Sina Arabiæ monte vel juxta hunc trucidati ab iisdem, a quibus S. Sarmata, Sarracenis fuerunt, Martyribus titulo, etiæ interim, ut appareat, pro Christo fideve passi haud sint, passim F donati inveniuntur. Sic etiam, ut a pluribus, quibus res confirmari posset, exemplis brevitatis causa abstineam, Moyses abbas monachique sex, in Opus nostrum ad VII Februarii diem illati, qui, dum pie ac sancte in solitudine Scithiaca riverent, a barbaris, in hanc irrumpentibus, contra jus fasque sub sec. V initium fuerunt occisi, veluti martyres, etiæ interim pro fide Christove passi, ut appareat, nec ipsi sint, celebrantur. Adhac, cum S. Sarmata occasione solitaria ac sanctæ vite, qua Christo in supra dicto S. Antonii monasterio serviebat, a Sarracenis fuerit occisus, sano sensu, ut appareat, haud inepte dici potest pro Christo necatus; cum autem sic habeat, nec reosimiliter alio sensu pro Christo necatus in Martyrologio Romano dicatur, quidni, minus stricte loquendo, merito in hoc potuerit etiam, non tantum ut Confessor, sed et ut Martyr, commemorari?

DE

Sarmata tam  
men haud im  
morita, etiam  
ut martyr,